



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

5. De intrusione mulierum ad Monasteria, aut Professionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

nario loci aut eiusdem Vicario ex speciali mandato, atque si seruetur etiam à Matrice Ecclesia seu Parochiali vbi Baptismus solet conferri. v. g. quando Parochus seruat, seruare etiam Sacellanus debet, quando Sacellum Parochiæ, tanquam Matri adhærescit. Imò addit *Nau. c. 27. num. 147.* Censuras & interdicta tam à Papa quàm Ordinario manantia teneri Religiosos (nisi Priuilegia aliud permittant) mandante Episcopo in suis Ecclesiis seruare & promulgare, *vide Concil. Trid. Sess. 25. c. 12. de Regularibus.* Non est reseruata excommunicatio. *plura infra p. 2.*

V. Cogentes aliquam Virginem, viduam, aut quamcunque mulierem inuitam, præterquam in Casibus à iure [A] expressis ad suscipiendum habitum Religiosum vel emittendam Professionem. Quique consilium, auxili-
um,

um, fauorem dederint, deinde im-
pedientes prædictarum volunta-
tem voti emittendi, vel veli acci-
piendi, sine iusta causa:

[A] *Cap. 11. Impudicas Cap. 15. Per-
uenit ad nos. Cap. 18. Si Custos.
Cap. 28. caus. 7 q. 1.
Conc. Trident. Sess. 25. c. 18. de re-
form.*

**VI. Professi matrimonium
contrahentes:**

*Clement. unica l. 4. tit. de Con-
sang. & Affinitate. ubi Clemens
5. ait*

Religiosos & Moniales ac Cle-
ricos in Maioribus Ordinibus cõ-
stitutos matrimonia contrahen-
tes, excommunicationis senten-
tiâ ipso facto subiacere; quæ itidẽ
Papæ non reservatur. Et indubi-
tatum est Religiosum tria vota e-
mittentem non posse contrahere
matrimonium, & id quod de fa-
cto cõtraxit, prorsus esse nullum,
atq;